

- tis ad pœnitentiam ducentis contem-  
 nunt;  
 11. & sicut non probaverunt Deum  
 habere in notitiâ, tradit illos Deus  
 in reprobum sensum, ut faciant ea  
 quæ non conveniunt.  
 12. Hoc consilium & propositum ac-  
 curatiùs consideraturi, concipiunt  
 ante omnia *scientiam*, quam appel-  
 lant, *simplicis intelligentiæ*.  
 13. Quâ Deus pro infinitâ perfeccio-  
 ne potentiæ & intellectus sui, co-  
 gnoscit omnia *quæ potest facere*: & in  
 his omnem *ordinem seu connexiones*,  
 sive necessarias, sive contingentes;  
 14. quibus, *si hoc est, etiam illud* aut pot-  
 est esse, aut est futurum; sive necessa-  
 riè sive contingenter.  
 15. Concipiunt deinde 2. etiam *scienti-  
 am visionis*.  
 16. Quâ cognoscit Deus ea *quæ reipsâ*  
*jam fuerunt, quæ sunt, quæ futura sunt*:  
 17. eò quod decrevit ea vel perficere, vel  
 cum

cum